

Aan Anna Maria van Schurman

1 september 1666

Antwoord op Worp, *Briefwisseling*, 6566 en 5691.

m: Den Haag, KB, ms. KA 44, nr. 499; **c**: *ibid.*, ms. KA 45, f. 176r; **d**: Worp, *Briefwisseling*, 6576.

Illustrissimae D[ominae] Annae Mariae a Schurman Constantinus Hugenus S[alutem]
P[lurimam].

Tu quidem elabi tentas, mea virgo, et quasi postico clientem fallere. At ego hirudo sum,

Non lictura cutem, nisi docti plena cruoris,

cui praestando obligatum te teneo iis vinculis, quibus ligari homines aiunt, ut funibus taurorum cornua. Neque vero te scabrities membranae, quam praetexis, ullo pacto liberabit. Quin ego, si quod tale incommodum offendisti, eo ardentius videre aveo, ut materiam superarit opus et, si qua natura vitium fecit, quam id arte tectum sit aut correctum. Proinde cum, ut vides, ipse profitear abunde satisfieri mihi posse ea qualicumque tabella, cuius exarandae molestiam semel subiisti mea causa. Nihil est relictum quo te subducas, ne illud quidem Elichmanni *Tetrastichon*, lepidum licet et ingeniosum, sed quod pluris apud me est, ut a Schurmannae manu profectum quam vel ab industria vel eruditione auctoris. Vale, stupenda, et fidem solve. Hag[ae] Com]itis, ipsis Kalend[is] Sept[embribus] MDCLXVI, quibus te ab itinere reducem hasce inventuras spero.

1-2 Illustrissimae ... P[lurimam]: *om. d* **3** At: *supra lin. m* || ego [[vero]] hirudo **m** **4** nisi [[nimis]] docti **m** **5** homines [[necti]] aiunt **m** **6** vero: *supra lin. m* **8** opus [[atque ubi]] et **m** || tectum ... aut: *supra lin. m* **10** semel [[suscepisti]] subiisti **m** || [[Sequitur]] Nihil **m**; Nihil: Mihi **d** || est: *supra lin. m* || relictum [[est]] quo **m** || sub[[trahas]]ducas **m** || ne [[certe non]] **m** **11** quidem: *supra lin. m* || et [[memorable]] [[ipso Catone dignum]] ingeniosum [[et]] sed **m** || est, [[quia]] ut **m** **12** profectum: *supra lin. m* || quam [[ut]] vel ab [[ingenio]] industria **m** **13-14** quibus ... spero: *om. d*

Constantijn Huygens groet de doorluchtige vrouwe Anna Maria van Schurman allerhartelijkst.

U probeert me wel te ontsnappen, beste vrouwe, en als het ware langs een achterpoortje uw cliënt te bedriegen,¹ maar ik ben een bloedzuiger:

ik zal uw huid niet loslaten, tenzij volgezogen met geleerd bloed.²

¹ Naar Horatius, *Brieven* I, 5, 31.

² Cf. Horatius, *Dichtkunst* 476; zie ook Erasmus, *Spreekwoorden* II, 4, 84..

Ik houd u aan uw belofte met de ketens waarmee, zoals men zegt, mensen worden gebonden, als stierenhorens met koorden.³ En ook de ruwe oneffenheid van uw papier, die u als smoes aanvoert, zal u onder geen beding vrij krijgen. Integendeel, indien u inderdaad op zo'n euvel bent gestoten, verlang ik des te sterker met eigen ogen te zien hoe uw werk de materie overwint en hoezeer uw kunst verhult of verbetert, waar de natuur in gebreke bleef. Zeker indien ik, zoals u ziet, zelf verkondig dat ik ruimschoots genoeg zal nemen met eender welk blad dat u de moeite hebt genomen te beschrijven om mijnentwille. Er rest u geen andere uitweg meer, zelfs niet via het vierregelige versje van Elichmann.⁴ Hoe spits en geestig ook, het is me veel dierbaarder door de hand van Van Schurman, dan door de ijver en de geleerdheid van de auteur. Het ga u goed, bewonderenswaardige vrouwe, en los uw belofte in!
Den Haag, 1 september 1666.

³ Vermoedelijk haalde Huygens zijn vergelijking uit Hieronymus Messagius, *Institutiones iuris civilis d[ivi] Iustiniani Principis*, Venetië: Damsanus Zenarius, f. 228v, waar ze voorkomt in de commentaar bij *Inst.* I, 3, 13, *De obligationibus* (Over verplichtingen). De inleidende definitie, 'obligatio est iuris vinculum' (de verplichting is een juridische band) wordt er toegelicht als 'Verba ligant homines, taurorum funes' (Woorden binden mensen als de touwen van stieren).

⁴ Zie vorige brief.